UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chytträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

I. De officijs Oeconomicis et Coniugalibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

Visual Library

V. *De Auaritia & ἀεργία Labor*
VI. *De Mercede & compenſatio*
Laborum.

I.

DE OFFICIIS *Oeconomicis.*

CVltus Dei eſt opus à Deo mand
tum, quod fit prælucente agni
ne Chriſti & fide, & principaliter
refertur, ut Deo obedientia & hon
præſtetur. Sunt autem Oeconomica *& coniug*
officia, à Deo *æterno inſtituta, & approbata exp*
ſa uoce diuina, in quibus pij ſuam obedientiam
Deum *declarant, & teſtimonia ſuæ confeſſion*
Deo *edunt, dum in familijs liberos & domeſtico*
ueram Dei *agnitionem inſtituunt.* Exercent
in laboribus & ærumnis Oeconomiæ *& Co*
ſuam fidem, inuocationem, patientiam & alias
tutes. Quare non dubium eſt Iacob *ſuſtinentem*
bores domeſticos in familia Laban, *paſcentem*
cora, contrahentem matrimonium, & compl
tem ardenti amore ſuas coniuges & liberos, gr
ſimos cultus Deo *præſtitiſſe.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nec dubium eſt, Spiritum ſanctum ideo tam prolixè hæc Bucolica & Coniugalia opera recenſere, ut ſuperſtitioſas opiniones omnium, qui Coniugium & officia Oeconomica aſpernantur, refutaret.

IIII.

NON QVÆLIBET exempla Patrum imitanda eſſe.

Errata & lapſus Sanctorum commonefaciunt nos de noſtra infirmitate. Monent etiam ſemper Sanctos aliquid contagij trahere à moribus politicis earum gentium, inter quas uiuunt. Vſitata conſuetudo fuit earum regionum tempore Iacob, ut uiri plures uxores ſimul ducerent, & uxores ſteriles maritis ancillas traderent, Hanc Iacob quoq; ſecutus eſt, Nobis autem poſt promulgatam expreſſam prohibitionem diuinam, hæc priorum Patrum exempla, non congruentia cum regula uerbi diuini, nullo modo imitanda ſunt, & uniuerſaliter de Exemplis in conſpectu ſit hæc norma, Omnia Exempla piorum diuinitus comprobata, & CONGRVENTIA AD REGVLAM imitanda ſunt, pro cuiuſq; modo & uocatione.

Idem etiam de Bigamia cum duabus ſororibus cenſendum eſt.